Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



37

modo suo subsistunt. omnia igitur creata modo suo subsistunt.
omne quod subsistit naturam hab& nihil hab& naturam nihil
igitur non subsistit. malum sine uerbo factum ē sine uerbo fac
tum ē nihil. malum igitur. nihil ē. nihil uero non subsistit
malum igitur non subsistit. Nullū malū subsistit omis crea
tura subsistit. nullum igitur malū creatura ē. quare nihil neq;
bonum aliquod ē. neque ullo modo subsistit. neq; ulla creatu
ra ē. & omne quod modo aliquo ē. & bonum ē & non nisi per
uerbum ē, quod factum est in ipso uita est. Sic distinguendum
ē. quod factum ē; hic sub distingu e & deide infer. In ipso uita ē.
facta est terra. sed ipsa non ē uita; Est aū in ipsa sapientia spiri
taliter ratio quaedam quae terra facta ē haec uita ē. terra
uides. ē in ar te terra. caelū uides ē. In ar te caelum solem & lu
nam uides. sunt ista in ar te sed foris corpora sunt in ar te uita
sunt. Et uita erat lux hominum. Ergo illa uita per quam fac
ta sunt omnia ipsa uita lux est; & non quorū cum q; anima
lium. sed lux hominū. quia ex ipsa homines illuminat. pecora
ñ illuminat. homo enī factus ē ad imaginē dī & hab& rationa
lem mentē per quā possit percipere sapientiā, Et lux in tene
bris lucet & tenebrae eā non comprehenderunt; Homines infi
deles. inusti. iniqui. rapaces. auari. amatores seculi haec sunt te
nebrae quae dnm non comprehendunt. id ē non intellegunt. pur
ga de oculo tuo quicquid mali ē. & uidebis sapientiā quia dī ē
Beati mundo corde qm ipsi dm uidebunt. fuit homo missus a dō
cui nomen iohannes erat. Quia ergo dnī ihū xpī sic erat homo
ut later & in illo dī missus ante illū magnus homo p cuius testimo
nium inuenit & ut plus quā homo; Et quis ē hic fuit homo. Et
quomodo posset iste uerū de dō dicere missus a dō. quod uoca
batur. cui nomen erat iohannes quare uenit audi. hic uenit
in testimoniū ut testimonium phiberet de lumine. & omnes
crederent per illū. non erat ille lux & cetera. Qualis iste qui tes
timoniū phiberet de lumine. magnū aliquid iste iohannes
ingens meriti magna gratia & magna celsitudo; quare igit
uenit ut testimoniū phiberet de lumine. ut quid hoc. ut
omis crederent pillū & de quo lumine testimoniū phiberet.
Erat lux uera. quare additū ē uera. quia & homo illuminatur
dicitur lux sicut dnī discipulis ait. Vos estis lux mundi; & apos
tolus inquit. fuistis aliquando tenebre nunc aū lux in dno

hec pitagorica intellegendas silogisma